



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 182. Turbæ in Scotia ab ipso Jacobo II. Rege caussatæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV.
A.C. 1478.

§. CLXXXII.

*Tumultus in Scotia a Jacobo III.
Rege suscitati.*

*Buchanan.
hist. Scot.
lib. 12.*

Ingentibus quoque tumultibus Scotiæ Regnum agitabatur ob nimiam Jacobi III. Regis credulitatem, qua Astrologorum vaticiniis, & Majorum deliriis nequiter fidem adhibebat. Equidem Rex maximæ spei juvenis erat; cum vero temere fidem adjungeret cuidam Medico nomine Andrææ, qui se Astro- rum scientia imbutum jactitabat, Re- gique prædicebat, quod a suis consan- guineis Regno privandus esset, hoc præ- fagio deceptus in immanem Tyrannum degenerabat, ac proprios fratres suos, ce- terosque sibi sanguine junctos, necnon nobilissimos quosque Regni sui Proceres morti tradere decernebat. Ambo ejus fratres Alexander & Joannes, ut ejus- modi malis opportunum opponerent remedium, sese Regni Baronibus adjun- xerunt. Cum autem Joannes natu mi- nor de Regni statu cum Rege vehemen- tius expoſtularet, quantocius Consiliiarii, quamvis omnes infimæ fortis homines essent, juvenem hunc Principem ca- piunt, ac capitis poena damnant, lata
in

in eum sententia, ut rescissis venis ino- Sæcul. XV.
 reretur, quod etiam executioni datum A.C. 1478.
 est. Pariter Alexander in arcem Edim-
 burgensem abstractus includebatur, in-
 de vero clam aufugit, atque in Gallias
 pervenit, ubi non solum a Ludovico
 Rege perbenigne excipiebatur, sed e-
 tiam ejusdem jussu Bononiensis Co-
 mitis filiam in uxorem obtinebat. Cum
 autem auxilia a Gallis contra fratrem
 suum impetrare haud posset, eoquod
 inter utrumque Regem foedus sanc-
 tum fuisset, hinc e Francia in An-
 gliam trajecit.

§. CLXXXIII.

*Rex Scotiae a Proceribus captus,
 atque in carcerem con-
 jectus.*

Cum interea Alexander in Anglia a-
 geret, Arcimbaldus Duglassii Co-
 mes, pluresque alii Proceres adversus
 Jacobum Scotiae Regem conjurationem
 conlabant, eosque, quos a Consiliis ha-
 bebat, in ipso Regis cubiculo captos su-
 spendio multabant; ipsum vero Jaco-
 bum Edimburgi in carcerem detrude-
 bant. Hæc dum in Scotia agebantur,
 Alexander ductore Richardo Glocestrien-
 si

INDEX

X x 5

fi